Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



dicens. dixit dñs dño meo sede a dextis meis. Donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo dd uocat eum do
minum quomodo filius eius est. Et nemo poterat ei respondere
ubum. neq; ausus fuit quisq; ex illa die eum amplius interrogare.

Fres. Renouamini spiritu mentis Dnica xviii. ad ephesios
uestre & induite nouum hominem qui secdm dm creatus est. in
iustitia & sctitate ueritatis. Propter qd deponentes mdacium loqui
mini ueritatem unus qsq; cum proximo suo. quia sumus inuicem
mbra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super uatum
diam uram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabat iam non furet
magis autem laboret manibus suis operando qd bonum est. ut ha
beat unde tribuat necessitatem patienti. Secdm matheum

In illo t. Ascendens ihs in nauiculam transfretauit & uenit in
ciuitatem suam. Et offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et
uidens ihs fidem illorum dixit paralytico. Confide fili. remit
tuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt in
tra se. hic blasphemat. Et cum uidisset ihs cogitationes eorum
dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus uris. Qd est faciliu
dicere dimittuntur tibi peccata. aut dicere surge & ambula. Vt
sciatis autem qm filius hominis habet potestatem in tra dimit
tendi peccata. tunc ait paralytico surge tolle lectum tuum & ua
de in domum tuam. Videntes autem turbe timuerunt & glorifica
uerunt dm qui dedit potestatem talem hominibus. Dnica xx. ad ef

Fres. Videte ergo quomodo caute ambuletis. non quasi insipien fesios
tes. sed ut sapientes. redimentes tempus. qm dies mali sunt.
Propter hoc nolite fieri imprudentes sed intelligentes qd sit uoluntas dni.
Et nolite inebriari uino. in quo est luxuria. sed impleamini
spiritu loquentes uobis metipsis in psalmis. & ymnis. & canticis.